

# Gospel for the Third Mass of Christmas

Tonus antíquior

**D** Ominus vobíscum. R. Et cum spí-ritu tu-o. V. Iní-ti-um Sancti

Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R. Glóri-a tibi Dómine.

**I** -n princípi-o erat Verbum, et Verbum erat apud De-um, et De-us erat

Verbum. Hoc erat in princípi-o apud De-um. Omni-a per ipsum facta sunt:

et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vi-ta erat, et vi-ta

erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ e-am non compre-

hendé-runt. Fu-it homo missus a De-o, cu-i nomen erat Jo-ánnes. Hic venit

in testimóni-um, ut testimóni-um perhibéret de lúmine, ut omnes cré-

derent per il-lum. Non erat ille lux, sed ut testimóni-um perhibéret de lú-

mine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veni-éntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus e-um non cognó-vit. In própri-a venit, et su-i e-um non recepé-runt. Quotquot autem recepé-runt e-um, dedit e-is potestátem fí-li-os De-i fí-eri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte car-nis, neque ex voluntáte vi-ri, sed ex De-o na-ti sunt. ( Hic genufléctitur )

Et Verbum caro factum est, et habi-távit in nobis: et vídimus glóri-am ejus, glóri-am quasi Unigéni-ti a Patre, plenum grá-ti-æ et veri-tá-tis.